







127

1714,9

10


255

IO. BERNH. Friesens,  
 ICTI, CONSILIARII SAX.  
 AVL. ET CONSIST. ANTECESSO-  
 RIS, NEC NON CVRIÆ PROVINCIALIS  
 ET SCABINATVS ADSESSORIS, FA-  
 CVLTATIS IVRIDICÆ H. T.  
 DECANI

**PROGRAMMA**  
**REINHOLDI SOMMERI**

J. V. CANDIDATI CLARISSIMI  
 LECTIONI INAUGVRALI PRÆMISSVM.

I E N Æ  
 LITERIS WERTHERIANIS.






IO. BERNH. SCHNEIDER  
ACTI. CONSILIARI. SAX.  
AVL. ET CONSIL. ANTECESSOR.  
RIS. NUNC NOM. CARRI. PROVICIARIS.  
ET SCABINUS ADDESSORIS. FA.  
CULTUS IURIDICAE ET  
DECANI

PROGRAMMA  
REINHOLDI SOMMERI  
I. V. CANDIDATI CLARISSIMI  
FUNCTIONI AUREAE PRÆTORIAE

1842  
LITERIS WERTHERIANIS







**M**

Anifestum oppido est, magnam inter res iudicatas atque transactionem intercedere differentiam. Cum enim transactio constare consensu debeat; *L. 11. l. 15. Cod. de trans. sententia contra in invitum fertur. L. 38. §. 1. ff. de V. O.* Cumque noctu etiam sine vitio transigatur; *l. 20. Cod. de trans.* minus recte nocturno tempore iudicatur, *l. 2. §. 31. ff. de orig. jur.* quandoquidem a decemviris est editum: Sol occalus suprema tempestas esto. De criminibus porro, quæ capitalia non sunt, transigi nunquam potest *l. 18. C. de trans.* potest autem de delictis his iudicari. *§. pen. Inst. de publ. iud.* Neque ingenuum aliquem facit transactio *arg. l. 6. l. 10 36. ff. de lib. caus.* qualem facit sententia *l. 25. ff. de stat. hom.* Usu etiam venit, ut transactio contraria conventionem tollatur *l. 14. C. de trans.* cum sententiam opposita quadam iudicis eiusdem sententia tolli, nunquam contingat *l. 1. C. quand. prov. non est nec.* Crimen insuper, quod aboleri sententia potest. *l. 7. §. 2. ff. de accus.* transactione haud aboletur *l. 2. C. de abol.* Neque executionem paratam habet transactio *l. 8. C. de trans.* qualem habet res iudicata *l. 82. C. de reb. cred.* Quibus accedit, quod ex re iudicata in factum actio concedatur. *L. 8. C. de reb. Cred. l. 27. §. l. seq. ff. de jur.* quod non observatur in transactione *l. 28. C. de trans.* Quæ omnia quamvis ita se habeant; rescripserunt tamen Imperatores *l. 20. Cod. trans.* non minorem auctoritatem transactio



num, quam rerum iudicatarum esse. Veraque & recta penitus ratione, hoc etiam ipsum jurisprudentibus placuisse, nemo ignorat. Hanc igitur curam ac sollicitudinem ad se pertinere doctores existimant, ut transactionum hanc vim cum rerum iudicatarum auctoritate afferant ac defendant. Rerum quippe iudicatarum gravitas atque efficacia in eo est sita, ut sententia, a qua appellatum non est, stari omnino oporteat; sive eum damnari, qui non debuit, sive illum, qui debuit, absolvi contingat; ut ne instrumentorum quidem postea repertorum obtentu, sententia recte ac ordine retractetur. *L. 22 25. 35. l. post. rem ff. 50. de re jud.* Idem vero monumentum ac pondus transactionibus inesse videmus, *l. fratres 10. l. causa 16. l. interpositas 13. l. sub pretextu 19. Cod. de trans.* Equidem durum non nihil, & æquitati naturali adversum, intuitu primo videtur, eum scilicet, cui quicquam deberi, ex instrumento, postea licet reperto, confiteri, vel contra, quem debere aliquid, ex huiusmodi instrumento patuerit, vel amittere id, quod utique sibi debetur, vel non solvere, quod revera debet. Quemadmodum enim naturalis æquitas suadet, ut, si unus a transactione discesserit, pari modo discedere alteri, permittatur: ita & hic discedi a sententia, tanquam a transactione aliqua, posse, ob rationem eandem quis iudicaverit. Ast quandoquidem, qui transegit, controversiam ipse decedit, causamque diremit; inde fit, cum lites sint odiosæ, ut earum restauratio difficulter admodum concedatur, sive transactionis, *l. 10 20. C. de trans.* sive sententiæ ope decisæ sint. Et, quoniam sponte sua vel creditor actionem remisit, vel solvit aliquid debitor, aut solvendum promisit; idque animo transigendi est factum; propterea non iniquum utique, sed æquissimum erit, ut, quod fide optima actum transactumque est, pari fide servetur; & ut sibi imputer quisque errorem ac damnum; cum nulla ipsi, aut vis, aut metus, aut necessitas, ob quam transigeret, ab adversario afferretur. Giphani, *ad l. 10. C. de trans.* Sed ne minor in transactione, quam in re iudicata auctoritas insit; duo præcipue a Sichardo poscuntur ad *d. l. 20. de trans.* quorum unum est, ut res inter eos agatur, inter quos modo transactum est; alterum vero, ut trans-  
actio



actio vera & perfecta penitus habeatur. Quae videlicet ubi defecerint requisita; plus interdum ponderis in re iudicata, quam in transactione, occurrit. Cujus ipse opinionis hanc rationem allegat: quod transactio constet conventionem, quam custodiri in primis, fidei humanae interfit; neque ultra, quam valeat & progrediatur consensus, transactiones valere, a legibus concedatur; quodque certi sit juris, ut sit consensus duorum; & ut nullum propterea pactum, cum una persona interpositum, in persona alia possit nocere, *L. 27. §. 4. ff. de pact.* Refert equidem ista Donellus *ad l. 20. Cod. de trans.* an vero sic demonstratum atque evictum sit, non minorem transactionibus, quam rebus iudicatis, auctoritatem ac vim tribuendam venire? id vero dubium valde ac ambiguum esse putamus. Imo hoc potius exinde colligitur, minus multo transactiones, quam res iudicatae valere; neque tam late scilicet vires priorum, quam potesteriorum extendi, sed limitibus arctioribus transactiones includi. Quare aliam paullo Sichardus *ad l. 20. C. de trans.* comparationis istius, quae inter rem iudicatam transactionemque instituitur, expositionem adducit. Cum enim transactio par sit auctoritatis cum sententia dicitur; verum quidem hoc esse, in decidendis finendisque litibus, non autem in casibus ceteris, ubi fortior sit plerumque sententia, arbitratur. Neque mirum adeo esse, in aliis casibus sententiam aliquanto plus posse; quandoquidem ista juris publici auctoritate nitatur; cum transactio unius tantum atque alterius consensu firmetur. Verum enim vero dum ostendere conatur Sichardus, quod non minori transactio, quam res iudicata, auctoritatis robore praestet, non occulte amplius, sed aperte contrarium tradit, quod non in omnibus causis illa cum hac paria faciat, sed sententia in casibus nonnullis praevaleat. Satis etiam ex superioribus constat, quod non omnes promiscue lites transactionibus sopiantur, cum in delictis non capitalibus locum illae haud sortiantur; licet de iis sententia recte feratur. Porro in *Glossa ad l. 20. C. de trans.* quamobrem res iudicata & transactio auctoritatem habeant parem, haec equidem causa affertur, quoniam lites utriusque beneficio finiuntur. Quomodo vero de iis etiam litibus ferri potest sententia, de



quibus tamen transigere, minus licet: ita ex his non satis percipitur, qua ratione transactio vim eandem cum re iudicata obtineat. Qui præterea dicunt, transactionem in quibusdam solum, non vero in omnibus, cum re iudicata conferri; prout mentem eorum Wilsenbæcius refert *ad l. 20. C. de trans.* illi non solvere difficultatem, sed fugere, nobis videntur. Ac sententiæ istî, textus etiam verba: *non minorem*; omnem omnino dissimilitudinem excludentia, manifeste repugnant; cum particula negans, *non*, sit malignantis, ut aiunt, naturæ, atque omnia omnino inficietur. Etiam vero atque etiam considerandum hic venit, *in l. 20. C. de trans.* hunc unice casum proponi: quod homines duo, noctis hora secunda, quæ nobis est septima post meridiem, Goth. *ad b. leg. lit. n.* siue in galli cantu, juxta Gloss. *lit. m.* pactum aliquod de re dubia atque controversa inixerint; promisso quidem eiusmodi facto, a quo alter, si se crederet laesum, statim recederet. Et quidem hanc ob rationem quod transactio nudo pacto, quod de jure civili actionem non produceret, sit facta; & quod noctu, tempore nempe insolito, instituta sit. Quod ipsum cum decidendum Imperatoribus offerretur; decteverunt eisdem, quod transactio ista servanda omnino ac implenda veniret; & quod conventa hæc litis decisio vim haberet eandem, ac si sententiæ quædam a iudice esset pronunciata, hoc est, quod memorata transactio, nihilo secius, quam res iudicata, transigentibus adimplenda incumberet. Minime vero a re iudicata ad transactionem legis istius argumentum procedit; nec decisio inde arcessitur: quoniam res iudicatæ tanta vis inest; idcirco transactioni eadem quoque efficacia adscribenda est. Si enim hoc voluissent Imperatores; reliqua, quæ in *lego 20.* subsequuntur, superflua, ac nullius adeo usus, fuissent. Eam nempe ob causam hæc de nocte suscepta, & perfecta transactio non minorem auctoritatem obtinet, quam res iudicata, quoniam nihil humane fidei ita congruit, quam ea, quæ placuerunt transigentibus, custodire; & nullum penitus tempus sanæ mentis, quæ viginti & quinque annis est major, consensum repudiat. Perperam ergo hæc lex in partes duas dividitur, quarum prima de comparatione transactionis & sententiæ, altera de transactione, no-

atur.



Sturno tempore facta, exponar. Sed unus solummodo casus in hac lege tractatur; utrum liceat a transactione, pacto nocturno consummata, recedere? Restat itaque, ut in hac lege vicesima de vi aequali transactionis ac rei iudicata, seu de comparatione illarum absoluta, ne cogitaverint quidem Imperatores; cum id solum reddita eius ratione, proponere atque inculcare voluerint: quare hæc singularis transactio, & si qua ipsi sit similis, æque, ac res iudicata, custodienda sit? Quod materiae genus, plenius atque accuratius indagabit iurium Candidatus clarissimus

## REINHOLDVS SOMMERVS,

Regiomonti in Borussia

anno 1733, die XVII Junii, ab honestæ existimationis parentibus, IOANNE nimirum SOMMERO, mercatore, dum viveret, florentissimo, atque ANNA DOROTHEA a KOHLEN, foemina ornatissima, asque adhuc superstitæ, procreatus. Verique istorum accurata eius educatio, ac in moribus literisque præclaris institutio, curæ fuit. Intra lares primum domesticos, res profuturas edoctus, anno ætatis undecimo, lyceum Palaeopolitanum adiit; Rectoris clarissimi, qui M. MARTINI nomen gerebat, per annorum aliquot interualla, optimis, ac summe perspicuis doctrinis imbutus; atque anno 1700 ex eodem dimissus, & academiae patriæ tunc albo inscriptus; excellentissimo salutariæ artis Doctore, ac professore tum ordinario, WESEGINO, regimen eius publicum sustinente. Inde studiorum suorum initia a philosophorum artibus, quas Magistri eruditissimi, STADTLENDERVS atque STURMERS, ambo Diaconorum nunc munia laudabiliter obeuntes, eius animo instillabant. His igitur fundamentis totius iurisprudentiæ aedificium superstruxit. Quamobrem & iurisconsultum nobilissimum, IOANNEM STEINIVM, legitima disciplinae Doctorem, & professorem ordinarium, summiq; appellationum, quas vocant, iudicii à consiliis, institutionum non minus




¶ (o) ¶

aus, quam digestorum ac iuris feudalis sancita accurate concueantem; & qui Licentiati ac professoris iurium dignitate, quod inter mortales ageret, in athenico hoc praecellabat, PETRVM SCHWENNERVM, per integram iuris curriculum commilitones tunc suos ducentem, assiduo, neque poenitendo successu, sectatus est. Annos reliquos Noster variis iuris commentariis utiliter legendis impendit; donec anno cl<sup>o</sup> 10 CC. XIII ad peregrinationem, in exterorum lycea suscipiendam, animum applicaret; & Lipsiensem primum academiam, & post mensum hic nouem decursum, Salanam nostram iniret. Cumque summa eruditionis hic praemia ab Ordine nostro expetierit, inque examinibus usitatis egregie steterit; nihil reliquum est, nisi ut die crastina lunae, hora ante meridiem X, in Vestra, Prorektor magnifice, Professores excellentissimi, sacrorum Antistites venerandi, Hospites ornatisissimi, generosique ac doctissimi Ciues, corona, beneuole audiatur, dictam antea legem 20 G. de Transact. in lectionibus, quae dicuntur, cursoris, de more explanaturus, gratumque auditoribus suis animum, qualem & nos promittimus, omni, & hoc potissimum tempore, probaturus.

P. P. sub Facult. Iurid. sig. Non. Octobr. A. R. S.

cl<sup>o</sup> 10 CCXIV.





ULB Halle  
005 121 760


3











127

1714,9

10

IO. BERNH. Friesens,  
ICTI, CONSILIARII SAX.  
AVL. ET CONSIST. ANTECESSO-  
RIS, NEC NON CVRIÆ PROVINCIALIS  
ET SCABINATVS ADSESSORIS, FA-  
CVLTATIS IVRIDICÆ H. T.  
DECANI

PROGRAMMA  
REINHOLDI SOMMERI  
J. V. CANDIDATI CLARISSIMI  
LECTIONI INAUGVRALI PRÆMISSVM.

---

I E N Æ  
LITERIS WERTHERIANIS.

KOENIGSDORF  
UNIVERSITÄT  
ZVIFALLE